


Breue de Alexandre de Ab-  
soluicão da excomunhaõ por a  
Ley q' fez El Rey das mulas  
em perjuizo da liberdade dos  
— clerigos —

Alexander vi

Carissime in Christo fili nr. salutem, et apostolicam bene-  
dictionem. Cum sicut Maiestas tua nobis nuper fecit exponi ipsa  
in Regnis, et dominijs suis per suu Statutu in Eibuerit, qd nullus  
super nullis equitare possit, quod Statutum, etiam ad personas eccle-  
siasticas extendi voluit, et quia dubitas propterea excommunicationis  
sententiam incurrisse: nobis humiliter feceris supplicari: ut  
tibi de absolutionis debite beneficio providere de benignitate ap. dig-  
naremur. Nos attendentes Statutu predictu ecclesiasticos com-  
prehendere non posse, Eiusmodi supplicationibus inclinati, te dum  
modo dictum Statutum, quoad personas ecclesiasticas pro libertate  
ecclesiastica, seruanda reuocet ab Eiusmodi excommunicationis sententia  
auctoritate ap. tenore presentium absoluiimus. No obstantibus  
premissis, ac constitutionibus, et ordinationibus ap. ceteris qz contra-  
rijs quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum



110594  
COD  
Sub annulo piscatoris XIII Octobris MDI. Pontificatus  
nri anno decimo, Hadrianus ?

Breve de Alexandre da absolucão  
Del Rey dom João o 2.º pella ley  
das mulas feita em perjuizo do  
Clerigos ?

Alexander VI

Venerabilis fr. Salutem, et apostolicam benedictionem. ex-  
poni nobis nuper fecit clarissimus in Christo filius noster Ema-  
nuel Portugalię, et Algarbionū Illustri. qđ cum clare me-  
morie Joannes Rex dum vivit, et ex certis causis Statuisset, et  
ordinasset, seu prohibuisset, ne quis regnorum, et dominiorum suorum  
super mulabus equitar, et Statutum ordinationem, et prohibitionem  
Eiusmodi, ad clericos, et personas ecclesiasticas sub certis modo, et  
forma tunc expressis extendit, ac Statutum ordinationem, et  
prohibitionem huiusmodi per ipsos clericos, et ecclesiasticas per-  
sonas, & Servari mandavit, et fecit excommunicationis sententiam  
ac alias Censuras, et penas intales à vive promulgatas incur-  
rendo.

Et licet ipse Emanuel Rex credat prefatum Joannem Regem  
 à censuris predictis absolutum fuisse, cum in eius obitu signa  
 penitentiæ manifeste apparuerint: tamen quia de eiusmodi  
 absolute eidem Emanueli Regi facta non constat supplicari  
 nobis fecit prefatus Emanuel Rex, ut eundem Joannem  
 à censuris predictis absolui mandari de benignitate ap-<sup>ca</sup>  
 dignaremur. Nos igitur, qui Christi fidelium animarum sa-  
 luti, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, hu-  
 iusmodi supplicibus inclinati tibi per presentem committimus  
 et mandamus: ut eundem Joannem si in eius obitu manifesta  
 penitentiæ signa apparuerint à excommunicationis sententia,  
 alijsq; censuris, et penis ecclesiasticis, quas propter præmissa quo-  
 libet incurrit auctoritate nostra absolutas in forma ecclesiæ con-  
 sueta, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinatio-  
 nibus apostolicis; ceterisq; contrarijs, quibuscumque. Datum  
 Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, Die  
 iii. Julij M. D. ii. Pontificatus nostri Anno decimo, Fla-  
 dianus.

Breue de Julio para absoluer el Rey  
 da excomunicao, em q' en correo por defender  
 as mulas aos Clerigos  
 — Julius PP. ii —

+


Carissime in Christo fili noster, salutem, et apostolicam  
benedictionem sicut maiestas tua Regia nobis nuper exponi  
fecit, alias bone memorie Joannes Rex, Portugaliae, et  
Algarbiorum, praecessor tuus, considerans quod incole et habitatores  
regnorum, et Dominiorum suorum plures mulas quod equos, pro  
equitando tenebant, et quod propterea equi ad pugnam cum  
Sarracenis, ad revertendum eis necessarij tempore belli in eisdem  
Regnis, et Dominijs suis, haberi non poterant prohibuit etiam  
sub certis penis tunc expressis, ne aliquis nisi senex, aut tali  
modo Valitudinarius quod non posset super equos equitare  
mulas tenere, aut equitare, sed equos duntaxat deberet, hu-  
iusmodi quod prohibitionem, tam ipse Joannes, tunc Rex quod,  
tu qui postmodum in Regnis, et Dominijs predicti success-  
isti, quod clericos, et presbiteros, alias quod personas ecclesias-  
ticas observari fecisti: propterea quod dubitasti, tam praefatum  
Joanne quod te excommunicationis sententiam, ac alias censuras  
et penas ecclesiasticas, in talem promulgatas incurrisse. Quare  
nobis humiliter supplicare fecisti, ut praefatum Joanne Re-  
gem in quo tempore obitus eius, manifesta poenitentiae signa  
ut asseris apparuerunt, et te ab excommunicationis sententia  
alijs quod censuris, et penis, ecclesiasticis, si quas propter pre-  
missa incurrisse ab observare, alias quod in praemissis opportune  
de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur tuis in hac  
parte supplicationibus inclinati, praefatum Joanne, te quod  
ab excommunicationis sententia, alijs quod censuris, et penis ecclesi-  
asticis

predictis, quas prefatus Joannes dum viveret, tuq; propter  
 premissa, quomodolibet incurritis ap<sup>ca</sup> auctoritate absol-  
 vimus per presentes, et absolute fore denuntiamus: Volumus  
 autem q; penitentiam, quam confessor idoneus parte eligendus  
 secularis, vel Religiosus tibi iniunget, omnino facere tenearis:  
 Et q; de cetero huiusmodi inhibitionem, quoad personas  
 ecclesiasticas in futurum nō observes, neq; observari facias  
 alioquin censuris predictis subiaceas: Non obstantibus  
 constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisq; contra-  
 rias, quibuscunque. Dat<sup>a</sup> Roma apud Sanctum Petrum  
 sub annulo piscatoris. Die XXII Junij M. D. V. Pon-  
 tificatus nri anno secundo; Segismundus

Ego Johannes Baptista...  
 de curia...  
 salutem...  
 In nomine...  
 etc. etc. etc.

et per curia...  
 humiliter...  
 etc. etc. etc.

The first of these is the  
 fact that the population  
 of the country has  
 increased rapidly since  
 the beginning of the  
 century. This is due  
 to a number of causes,  
 the most important of  
 which are the discovery  
 of gold and silver  
 mines, and the  
 opening of the  
 country to settlement.  
 The second cause is  
 the immigration of  
 people from other  
 parts of the world.  
 The third cause is  
 the increase in the  
 birth rate, which is  
 due to a number of  
 factors, including  
 the improvement in  
 the standard of living,  
 and the decrease in  
 the death rate.



Opia dettes Breves Domo de  
Herandi. Co. & W. De. N. L. 2: 10. 10. 10.  
quero a God. Item nos. Qui ad Portugal da  
normas e ad. em. do. Formas por. Lacer. em. pro  
vici. do. nos. em. Lacer. em. Formas em. N. L. 10. 10. 10.

650/11  
100

